



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 142. Decretum Papæ contra appellationes a Sacra Sede ad Concilium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

capite plectendum sciret. Joannes vitæ Sæcul. XV.
 suæ consulturus, sine mora urbes cessit, A C 1460.
 quas Rex Pacheconi, cujus Filius post-
 modum Alvaresii Filiam connubio sibi so-
 ciabat, eodem temporis momento dono
 dedit. Præterea Henricus imperium su-
 um auxit, recuperatis urbibus, Cartha-
 gine nova, Laurea aliisque pluribus, quæ
 tam ad S. Jacobi Dynastiam, quam ad
 Villenensem seu Caroniensem Marchio-
 natum spectabant. Has olim Alphonsus
 Fachardo quidam Murciæ Nobilis in nu-
 peris intestini belli tumultibus sibi ven-
 dicaverat.

§. CXLII.

*Decretum Papæ adversus Appellantes
 a Sacra Sede ad Concilium.*

Interea summus Pontifex Pius II. conti-
 nuo Mantuæ hæsit; cum vero appella- Labbe Col-
 lect. Conc.
 tom. 13.
 p. 1801.
 tiones a Sacra Sede ad Concilium (quam-
 vis a longævo usu comprobatae, & æquita-
 ti innixæ, imo in nonnullis casibus omnino
 necessariæ viderentur) ad labefactandam
 Sedis Apostolicæ auctoritatem tendere
 censeret, ineunte anno millesimo qua-
 dringentesimo sexagesimo primas eo cu-
 ras intendit, ut ejusmodi provocationes,
 tanquam erroneas, detestandas, nullas,
 sacris Canonibus contrarias, Christianæ
 Reipublicæ pestiferas atque inanes de-
 clara-

Sæcul. XV.
A.C. 1460.

clararet. Propria adducimus verba hujus decreti, quod incipit, *execrabilis & pristinis temporibus inauditus &c.* hæc Bulla de S. R. E. Cardinalium & Episcoporum tunc Mantuæ residentium consilio ac assensu edita, & die decima octava Januarii promulgata fuit: *Execrabilis, inquit Pontifex, & pristinis temporibus inauditus tempestate nostra inolevit abusus, ut a Romano Pontifice Jesu Christi Vicario, cui dictum est PASCE OVES MEAS, & QVODCVNQUE LIGAVERIS SUPER TERRAM, ERIT LIGATUM ET IN COELO:* nonnulli spiritu rebellionis imbuti, non sanioris cupiditate judicii, commissi evasione peccati, ad futurum Concilium provocare præsumant, quod quantum sacris Canonibus adversetur, quantumque Reipublicæ Christianæ noxium sit, quisquis non ignarus jurium intelligere potest. Namque, ut alia prætereamus, quæ huic corruptelæ manifestissime refragantur: quis non illud ridiculum judicaverit, quod ad id appelletur, quod nusquam est, neque scitur, quod futurum sit? Pauperes a potentioribus multipliciter opprimuntur, remanent impunita scelera, nutritur adversus primam Sedem rebellio, libertas delinquendi conceditur, & omnis ecclesiastica disciplina, & hierarchicus ordo confunditur.

Comment.

Pii II. lib. 3.
in Bullar.
tom. 2. Pii II
Constit. 5.

Volens

Volentes igitur hoc pestiferum virus Sæcul. XV. A.C. 1460.
 a Christi Ecclesia procul pellere, & ovium
 nobis commissarum salutem consulere; omnem-
 que materiam scandali ab Ovili nostri Sal-
 vatoris arcere, de venerabilium fratrum no-
 strorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-
 lium, cunctorumque Prælatorum, ac divini
 humanique juris interpretum, curiam sequen-
 tium consilio, & assensu, ac certa nostra sci-
 entia, hujusmodi provocationes, introdu-
 ctiones damnamus, & tanquam erroneas, ac
 detestabiles reprobamus, cassantes, & peni-
 tus annullantes, si quæ hæcenus taliter in-
 terpositæ reperiantur, easque tanquam in-
 anes ac pestiferas, nullius momenti esse de-
 claramus, præcipientes deinceps, ut nemo
 audeat, quovis quæsito colore, ab ordinatio-
 nibus, sententiis, sive mandatis quibuscunque
 nostris, ac successorum nostrorum, talem ap-
 pellationem interponere, aut per alium inter-
 positæ adhærere, seu eis quomodolibet uti.
 Si quis autem contra fecerit, a die publica-
 tionis præsentium in Cancellaria Apostolica,
 post duos menses, cujuscunque status, gradus,
 ordinis, vel conditionis fuerit, etiamsi Im-
 periali, Regali, vel Pontificali præfulgeat
 dignitate, ipso facto sententiam execrationis
 incurrat, a qua nisi per Romanum Pontifi-
 cem, & in mortis articulo absolvi non pos-
 sit. Universitas vero, sive Collegium eccle-
 siastico subjaceant interdicto: & nihilomi-
 nus tam Collegia & Universitates, quam
 præ-

Sæcul. XV. prædictæ, & alicæ quæcunque Personæ, eas
A.C. 1460. *pœnas ac censuras incurrant, quas rei Maje-*
statis, & hæreticæ pravitatis fautores in-
currere dignoscuntur. Tabelliones insuper,
ac testes, qui hujusmodi actibus interfuerint,
& generaliter, qui scienter consilium, auxi-
lium dederint, vel favorem talibus appellan-
tibus, pari pœna plectantur.

§. CXLIII.

Pontificis Decreta pro bello
adversus Turcas.

Cum hoc decretum veris Juris Cano-
 nici legibus parum consonum, &
 antiquæ ac universali Ecclesiæ discipli-
 næ contrarium sit (*), summus Ponti-
 fex

(*) *Instituti nostri ratio non exigit, ut omni-*
um Gallicarum libertatum originem, ac anti-
quitatem investigemus. Certum tamen est, ar-
ticulos de auctoritate Concilii Generalis supra
Pontificem, & de jure prætenso a Papa appel-
landi ad Concilium, in Galliis usu receptos fu-
isse primum An. 1682. legitimam tamen posses-
sionem necdum acquisivisse ob interpositos actus
contrarios a summis Pontificibus Innocentio XII.
& aliis. Prioribus temporibus contraria longe
disciplina usu ac doctrina apud Gallos compro-
hata invaluit. Immerito igitur hoc decretum
antiquæ & universali Ecclesiæ disciplinæ con-
trarium